



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola XXVI. Gregorii Papae I. Ad Magnvm Presbytervm. De
excommunicatione eius, & de episcopo eligendo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

EPISTOLA XXVI.
GREGORII PAPÆ I.

AD MAGNVN PRESBYTERVM.

De excommunicatione eius, & de episcopo eligendo.

Gregorius Magno presbytero ecclesiæ Mediolanensis.

SICVT exigente culpa, quis a sacramento communionis digne suspenditur, ita in fontibus nullo modo talis debet irrogari vindicta. Comperimus siquidem quod Laurentius quondam frater & coepiscopus noster nullis te culpis exigentibus communionem priuauerit: ideoque huius præcepti nostri auctoritate munitus, officium tuum securus perage, & communionem sine aliqua sume formidine. Illud præterea necessario te duximus adhortandum, ut ita te cunctis utilitatibus ecclesiæ tuæ pure ac diligenter exhibeas, quatenus nec offensa te aliqua de neglectu respiciat, & culpam si qua in te, propter quam dominici corporis & sanguinis communionem fueras priuatus, vel latens inuenta est, tuæ fidei puritate detergas. Admone igitur clerum & populum, ut ad eligendum nullatenus dissentiant sacerdotem, sed vno consensu talem sibi eligant consecrandum episcopum, cuius & actus laudabiles, & grata Deo & hominibus possit esse persona, ne, si aliter actum fuerit, in diuersis (quod absit) studiis damnum ecclesiasticis rebus eueniat.

Grat. 24. q.
3. cap. 2.
Iuo p. 4.
cap. 17.
Pan. lib. 5.
cap. 129.
Polyc. lib. 1.
tit. 22. Ioan.
diac. lib. 4.
cap. 35.

*Mense Aprili, indictione undecima.*EPISTOLA XXVII.
GREGORII PAPÆ I.

AD MARINIANVM ABBATEM.

De Bonifacio a Victore iniuste damnato.

Gregorius Mariniano abbati de Panormo, & Benenato notario rectori patrimonii Panormitanensis.

SI ea de quibus vehementer Deus offenditur insequi vel vlcisci differimus, ad irascendum utique diuinitatis patientiam prouocamus. Multa etenim ad nos mala de quibusdam in Panormitana ciuitate degentibus peruenerunt, quæ, quoniam maiorem coercionem expectant, nec

Grat. 25. q.
4. cap. 50.

Concil. Tom. 13.

Pp ij